

Sequuntur Epitaphium & alia lugubria carmina.

P. M. S.

*Postquam loqui desii, Viator,  
hoc tibi pro me faxum loquatur.*

En tibi heic positas mortales exuvias

Viri olim

**MAGNIFICI, CONSULTISSIMI, CLARISSIMI,**

**JOHANNIS STURMII,**

Consiliarii Anhaltini & Cancellarii Serve-  
stani gravissimi:

*Quem COTHENA olim dedit felici natum  
auspicio,*

ANNO M. D. LXXXVII. XVI. Januari,

Patre, **BALTHASARE STURMIO,**

Cothoniensi Consule,

Matre, **MARTHA Schoplerianâ.**

*Præ aliis urbibus & principatibus quasi*

*Suum SERVEST A habuit, ultra XX annos,*

*Civem honoratissimum, Moderatorem*

*aquissimum, urbisq; amantissimum:*

Eundem, proh dolor, amisit, morte abreptum

nimis matura, inter ardentia ad Dei Filium

suspiria,

ANNO M. DC. XXXVI. XII. Julii,

Ad ultimam metam, in principatus & Republicæ hujus funestâ

Panoletiria, vocante febris epidemiâ: præeuntibus, è paucorum

dierum intervallo, Filiolâ & Filiolo, comitante Filio-

lo, singulis ex altero matrimonio:

Cujus fida consors, **MAGDALENA** secundum jam vidua, saxum

hoc vocale, amoris & desiderii sui indicium posuit, & posteritatem

alloqui soluit.

M. F. VV.

I.

**S** Turmius ingenio præstans, & stirpis avitæ  
Atq; patris meritis clarus & ipse suis,  
Consilio patriæ cum jam relevare ruinas  
Posset, supremum clausit in orbe diem.

Filia præcescit, lacrymarum è valle secutus  
Natus, qui nuper palmitis instar erat;  
Paucos postq; dies successit filius alter,  
Et cum patre simul contumulatur humo.  
Funera trina pater vidit mœstissimus, atq;  
Morti vicinus sic obitum ante suum,  
Ergo sepulturæ nonnè hujus tristis imago?  
Quam meritò lugent curia, templa, scholæ.  
O breve, vita bonū! quid homo? miserabilis exul,  
Flos, gramen, fænum, pulvis, aqua, umbra, nihil.

*Johannes Cöppen.*

II.

### CENOTAPHIUM

*Ex nominibus per anagramma pro more  
erectum.*

Johannes Sturmius,  
En sino jus sartum.

**E**n sino jus sartum tectum, legesq; magistras:  
*Nil injustitiâ pejus hic orbis habet!*

*Faciebam.*

Christianus Becmanus, Bornensis.

*Nec*

III.

**N**Ec sat erat, miserè Patriam vastâsse ruinis,  
 Divitiis Urbes exutas, Frugibus Agros,  
 Ignibus exustas Villas, Nemora, Oppida, Pagos,  
 Destructas arces, eversas funditus Urbes,  
 Cives Ruricolas nullo discrimine priscis  
 Sedibus ejectos, passim pecora omnia abacta,  
 Matronas passim stupratas atq; Puellas,  
 Et quæ Mens meminisse horret, quæ Lingua referre.  
 Tu nisi crudeles diro Mors insuper ausu  
 Injiceres truculenta manus, nisi funere denso  
 Cum Senibus Pueros, castâ cum Virgine Matres  
 Eriperes nobis, turbares omnia, ni tu  
 Hos inter, cujus sanis res Publica tutò  
 Consiliis steterat miserando hoc tempore, cujus  
 Hactenus auxilio steterat res Patria, quemq;  
 Principis Aula suum, quem Curia, Tempia, Lyceæ  
 Tempore tam duro fuerant experta Patronum,  
 Heu præmaturo mersisses funere raptum.  
 Sturmius occubuit, sed quantus! nobile nostræ  
 Heu quondam Terra sidus, quo stante tumultus  
 Vel medios inter Martis res Patria stabat.  
 Atq; utinam haud illo simul occidat ista cadente!  
 Quod Deus avertas à nobis quæsumus omen.  
 Sturmius occubuit, cujus prænobile quondam  
 Ingenium Pallas, gratam mellita Loquelam  
 Suada efformârat, Pectus Themis Utraq;, Mores  
 Ornârat Faciemq; Venus: quæ singula mirâ  
 Cum Gravitate bonis Pietas sincera probabat.

Sturmius occubuit, vestrum deflete decenti  
 Carmine Pierides, rarum deflete Patronum,  
 Quo vix alter erat major, qui, Græcia quicquid,  
 Quicquid habet Latium, prudenti promere quovis  
 Tempore, qui promptus poterat proferre rotundo  
 Sermone; ad quosvis, Legum quoscunq; sacrarum  
 Illa tenent Juris sinuosa volumina, casus,  
 Respondere Stylo pariter Verbisq; paratus.  
 At bene habet, Sturmi! positus tu Corporis hujus  
 Exuviis inter millena pericula, mille  
 Fraudcs atq; dolos, cades, tot scorta, rapinas  
 Omnibus ereptus scelerati sordibus orbis  
 Nunc cum Cœlituum carpis suavissima cœli  
 Gaudia, cœlesti redimitus tempora fronde.  
 Nos verò miseros, quos tanta pericula, sevi  
 Pròh sevos inter Martis Mortisq; furores,  
 Undiq; quos magno numero mala plurima cingunt,  
 E quibus ut tandem post tot Germania clades  
 Exhaustas fausto eluctetur sidere, faxis,  
 Exoptata diu qui solus reddere Pacis  
 Donapotes, qui solus habes dona aurea Pacis:  
 Redde Deus tandem nobis, Deus optime, redde  
 Redde Deus nobis cœlestia munera Pacis.  
 Sic nomen laudesq; tuas, sic carmine grato  
 Dum præsens, dum vita manet ventura, canemus.

M. Petrus von Zena/ Reipubl. Ser-  
 vestanæ Patriæ Consul & illustr.  
 Gymnas. Adjunctus,

IN

IV.  
IN OBITUM  
Magnifici & Clarissimi Viri  
DN. JOHANNIS STURMII,  
Cancellarii Servestani,

**Η** μεις ἀτρεκέως ἀπαντες ἴδμεν,  
ἠδὲν ἀθάνατόν τε εἶναι, ἠδὲ  
ἐν πίσσῃ χροῖν αἰὲν ὧδε ζῶειν.  
πρῶται γὰρ ἀπασὶ τοῖς Βερτοῖσι  
θανεῖν, πότμον ἀπαῖ κακὸν τ' ἐπισπείν  
καθὼς τῆτο γραφῆ διδάσκη ἡμᾶς.  
τυῖ ἐκ' εὐασ' ὁμοῖος τὸν ἄνδρα  
πότμος πλάσιον, ἠδὲ τὸν πενιχρόν  
καὶ ὁμῶς θάνατος καὶ εἴλε μοῖρα  
κραταιή ἀσφον σφόν τε ἄνδρα  
ἔτω ἔοθενεν ἔφυγειν ὀλέθρα  
ἄλγος εὐφραδέων ἀνῆρ κ' ἔτῳ  
πύργος ἀκρόπολις τε ὅσις αἰὲν  
πᾶσι τῶν Σορβῶν ἔλω πολίταις:  
τῷ πρῶτῳ ὅσιως λέγειν τε ὅσις  
θεῷ ἀθάνατῷ ἔοντι αἰὲν  
ἦθελ' εὐσεβέως αἰεὶ ἀρέσκειν.  
καίπερ δὲ ἀμφεκάλυψε τόνδε ἄνδρα  
πέφος λευγαλέοιο τῶ ὀλέθρα,  
σὺ χριστῷ ἔσαι ἀνακτ' ἀπάντων  
ζῶει ἔθανῶ εἰν ὁμῶς ὑπερθεν.  
καὶ νῦν σεμνολογῶν θεὸν ἱκῆσο  
τῶ χριστοῖο κλυτὰς αἰείδ' ὕμνος:  
ζῶμεν τῶδε κακόιο ἐν μεγίστοις  
κινδύοισιν αἰεὶ βίοιο ἡμεῖς,  
ἀμπουσι γλυκερὴν δ' ἔχθ' ὀδ' αἰέν'

M. Isaacus Gregorii, Reipubl. Servestanæ  
Consul.

L 5

Ex

V.

Dan. 12. **E**X somno evigilent sub terrâ Matre jacentes ;  
 v. 2. & 3. Quippe boni ad vitam, sed mali ad interitum.  
 Matt. 25. Ut splendor Cœli Doctores, quiq; professi  
 v. 46. Jus & Justitiam Legis, ut Astra micent.  
 Tu quoq; sic STURMI, quoniam BONUS usq; fuisti,  
 Ad vitam evigiles, qui tumularis humo.  
 Et quia Justitiam es Legis, Jus, Fasque professus,  
 Ut tutili Cœli sidera clara mices.  
 2. Tim. 4. Pugnâsti egregie, vitæ cursuque peracto  
 v. 7. Servâsti victor pectore & ore Fidem.  
 Apoc. 2. Mansisti constans, & fidus Mortis ad horam ;  
 v. 11. Præmia mox vitæ tempora sarta regent.  
 2. Tim. 4. Quæ Tibi, quæ cunctis electis Judicis æqui  
 v. 8. Judicii extremi tempore dextra dabit.  
 Psal. 17. Vultum in Justitiâ DOMINI jam cernis, ad ejus  
 v. 15. Effigiem evigilans exsaturatus eris.  
 Apoc. 14. Felix in DOMINO moriens! in Pace quiescit,  
 v. 13. Et sua post mortem facta sequuntur cum.  
 Sap. 3. v. 1. Felix in DOMINO moriens! non tormina sentit,  
 1. Theff. 4. v. 18. Sed lætus semper vivit in arce Poli.

Johannes Cramerus D.

ALIUD

Eodem Autore.

**N**Ascetes morimur, decrescunt corpora sen-  
 Et necis in nobis vis inimica latet. (sim ;  
 Deficiente oleo ut lampas restinguitur; uno  
 Sic momento homines invida Parca necat.

Nunc



Nunc juvenes, pueros, infantes, atq; puellas,  
Nunc viduos, viduas, nunc rapit ipsa senes.  
Omnibus equa venit, cum divite tollit egenum;  
Nec Pylit dignis parcat honore senis.  
Sic Mors te rapuit Sturmicum terminus ævi,  
Et vitæ institerint hora suprema tuæ.  
Gloria Musarum, Charitum, Decus urbis & aula  
Occidis, heu Themidos lumen, honorq; jaces!  
Curia, Tempa, Schola te lugent; luget & aula;  
Ascaniæq; Duces aspera Fata gemunt.  
Flet Pietas, flet & ipsa Themis, flet, plangit & angit  
In patriâ laceris tota caterva comis.  
Curia te votis repetit, teq; Aula requirit  
Rectorem populi spemq; Decusq; sui:  
Te, quem Musa mori vetat, & quem cognita Vir-  
Tollit ad Astra, diu vivere quisq; cupit. (tus  
Ipse etiam Princeps optat te secla Sibyllæ  
Vincere ob ingenii maxima dona tui.  
Sed frustra; hoc quoniam fuit immutabile fatum;  
Teq; Poli civem maluit esse Deus.  
Jam penitus vivis, Superiorum sede receptus,  
Cum sanctis patribus gaudia vera capis.

Hæc

*Hac tibi de toto melioris pectore vita  
Cum reque aternâ mollia Fata precor.*

VI.

**D**A newlich wolt Herr Sturm das Leid dem Fürsten  
klagen/

Dem Fürsten/ dem der Todt that an so grosses Leid/  
Ihm seines Hauses Blum abriß mit grausamkeit/

That er den Lebens Feind beweglich also fragen:

Ist es denn nicht genug / das Kriegs vnd Unglücks Plagen

Verwüsten vnser Land / wann nicht du sabler Todt

Dich fündest auch herben/ vnd mit dreyfacher Noth

Diß schöne Fürstenthumb so hülffest ganz abnagen?

Nein / thate neidisch drauff der Menschenfresser sagen/

Es ist noch nicht genug: Ich bin noch mehr bereit/

Vff meines HErrn befehl zu stiftten grösser Leid/

Ein Le. d/drob man Euch selbst/ Herr Canzler/wird beklagen.

So sprach der stolze Todt: Vnd was darff er nicht wagen?

Den tapffern thewren Mann hat er/ eh mans gemeinet/

Ins Land der Finsterniß/ da nur das tuncle scheint/

Mit grosser grausamkeit hinunter dürffen jagen.

O schad! O immer schad! in seinen besten Tagen

Ein solches tapffers Herz: solch einen thewren Mann/

Defgleichen man so bald nicht wider finden kan

So bald der Welt enziehn? Ist das nicht zu beklagen?

O Zerbst/ du armes Zerbst/ wer wil nun weiter fragen/

Ob es nicht sey genug? Ob nicht die grosse Noth/

Die dir ist auffgelegt durch Unglück/ Krieg vnd Todt/

Sol

So! endlich hören auff? Weil es nicht mehr zu tragen?  
 Ja/ hochberrübtes Zerbst / du magst den wol beklagen/  
 Der dir / vnd neben dir dem ganzen Vaterland  
 Sich vnd sein Leben hat zum besten angewandt  
 Mit Sorgfalt / Müh vnd fleiß / mit wachen / forschen / fragen.  
 Doch Zerbst / du liebes Zerbst / du darffst drümb nit verzagen/  
 Wann du dich wendest nur zu Gottes Gürtigkeit/  
 Die dir / vnd vns gar gern zu helffen ist bereit/  
 Vnd die zur besserung nur dich vnd vns thut schlagen/  
 So darff dann niemand mehr von deinem wegen fragen/  
 Ob es nicht sey genung? dem Unglück / Krieg vnd Todt/  
 Vnd allem / das bey dir verursacht solche Noth/  
 Wird Gott der Herr wol selbst / es ist genug bald sagen.  
 In des ist nun erlöst von diesen bösen Tagen  
 Der tapffre werthe Mann / dein Cantler / der nunmehr  
 Besitzt die Seligkeit / vnd dessen Ruhm vnd Ehr  
 Die Zeit zu truz dem Todt in alle Welt wird tragen.

Rudolphus Stubenrauch, Concionator  
 aulicus Plotzkoviensis.

VII.

**Q**uas non per annos Sors tibi plurimos  
 Ludum cruentum ludere pertinax  
 Et ventilat faces laborum?  
 Et vibrat usq; faces dolorum?  
 Verum quod ipsos Parca Machaonas  
 Doctosq; morborum auxilarios  
 Subducit, heu crudele factum!  
 Heu nimium nimium dolendum!

M

Dicis

Dicis beatos, qui properè evolant  
Fastidioso è carcere seculi,  
Triplex Tonantis quando virga  
Terricolas premit & coercet.  
Ast vulneratam quis medicâ manu  
Et pauperatam quis patriam levet,  
Quando suis nudata constant  
Curia, templa, schola, aula fulcris?  
Te nostra poscunt vota superstitem;  
Te corda, STURMI, præproperâ necis  
Lugent manu ereptum, superbû  
Consilio, eloquio eminentem,  
Tu visus alter Nestor Anhaltidos,  
Seclisq; dignus Nestoreis, DEUS  
Te digniorem sed supernâ  
Luce suo æstimat arbitratur.  
Rectum Jehovahæ judicium manet,  
Idem procellas & patriæ mala,  
Navisq; syrtes fluctuantis  
Disipet omnipotente nutu.

*M. Felicis Haustedii,  
Subdiaconi.*

*Vidua*

*Vidua superstes alloquitur manes  
defuncti Mariti.*

**H**ęc binam lacrimis prolem tumulavimus udi,  
 Et Gnatum & Gnatam, pignora cara tori.  
*Parcere sic nescit tenera mors cruda juventa  
 Poplitibus: vernas demetit ense rosas.*  
 O dolor! ô lacrimæ! quàm largum vidimus imbrem  
 Decidere in nostros, care Marite, sinus.  
 Attenuare tamen poterant solantia luctûs  
 Mutua verba mihi, mutua verba tibi.  
 Ast nunc ipse cadis, Conjux oculissime, funus  
 Heu! iterum Gnato concomitante tuum!  
 Ast nunc ipse cadis, novus hinc surgit dolor eheu!  
 Hinc totum cerebrum liquitur in lacrimas!  
 Quid superest igitur, quàm te sequar astra petentem!  
 Vix, lacrimas, aliud, quod cohibebit, erit.

*Stylo & voce*

M. Johannis Cremeri Silesij.

**N**ascimur in lacrymis, curis consumitur ætas,  
 Vita quid est aliud quàm lacrymosa dies?  
 Et veluti messis portantur tempore plenis  
 Plaustris proventus quos dedit alma Ceres.  
 Non aliter Christus mortales colligit ipse,  
 Quem vitæ penes est, arbitriumq; necis.

Sturmius exemplo est: nam Cancellarius, cheu!  
 Cor fidum moritur Principis Ascania.  
 Qui mecum quondam Musarum castra secutus  
 Marpurgi coluit Jura sacra fori.  
 Vultcius, Feichman, Gæddaus, Sidera Juris  
 Capti sunt hujus semper amore Viri.  
 Ergo licet P' arcis raptus, Clarissime Sturmi,  
 Pars animæq; mea, visus es ante diem.  
 Nil hæc morte tamen potuit tibi suavius esse,  
 Quæ tibi pro curis gaudia vera dedit.  
 En, habitas superâ nunc felicissimâ in arce,  
 Inq; tuo magnum funere sænus habes.  
 Omnipotens animam cæli regione locavit,  
 Corporis exuvias terra benigna tenet.  
 Vita volente Deo conceditur omnibus usu:  
 Finitur rursus vita volente Deo.  
 Quapropter sobolis, viduæq; quiescite fletus,  
 Quos amat, hos citius vult Deus ipse mori.

Fridericus Hamelius, LL. C.  
 & S. R. S. P.

X.

**O** Bellum, proprio bellua nomine,  
 Quam bellum, potius diceris! ô nimis  
 Trux Bellum! Subitò quæ mala non vehis?  
 Queis quid non rapis incolis?  
 Orbas templa piis auribus, & suis  
 Vastando claras discipulis scholas,  
 Pagos ruricolis, civibus oppida,  
 Almâ justitiâ forum.

Mi

Misceſt aſtra polo, fas parili & nefas  
Æquando ſtudio: Fers variam crucem,  
Excis animis, mille pericula,  
    Tabem morbiferam, necem.  
Hac ſenſere tenuis Teutonicæ plagæ,  
Exutæ variis civibus ac bonis,  
Expertæq; mali non numerum aut modum.  
    Hoc ſentit Patriam ſolum.  
O ſi ſufficeret meſſis opum impia!  
O ſi ſufficerent mille crucis modi,  
Quis preſſum premitur! Sæva lues modo  
    Tot non tolleret incolas!  
At collit rabida! Et ſuſtulit, ô dolor!  
Non ſolum tenui de grege homunculoſ,  
Sed pulſando domos non humiles, Rei  
    Ipsa & Robora publicæ.  
En! Nuper cathedrâ ſurripuit ſacrâ  
Paſtores alioſ; tum **QUELEMALSIVM**,  
Constantis fidei, judicij gravis,  
    Vitæq; ac animi integrum.  
En! Nuper ſcholico pulvere ſqualidum  
Abjectoq; ſitu, promptum animi ac pium  
**ABRAMVM** Socium noſtrum operum impigrum,  
    **CREMERVM** intulit ætheri.  
Nuperq; auſa gradu tangere curiam  
Noſtram, Conſilijſ Conſulem **HANISIUM**  
Exemit; Camera ſed **PAKEDORPIUM**;  
    Virtute eximie viroſ.  
Nec ſat: Grande Malum ſerpere longiùs  
Jam cœpit properans oſtia Curie/  
Iluſtrû petere, ac mergere *Præſidem*  
    Fato non timet invido.

Quem

Quem! Quantumq; virum! Nomine STURMIUM:

Virtutes animi, consilii jubar

Spectati ætherium, qui potis, exprimat:

Heic aret mihi venula.

Quod novi, memoro: Tantus ut occidit,

Civem haud degenerem, sed memorem sui

Ortus, sed meritis conspicuum suis

Amisit Patrium Solum.

Amisit fidei grex bene credulus

Addictum Chipeum: Nostraque Principis

Princeps Aula Decus consilii ac Ducem

Prudentem nimis intimi.

Amisit trepidis Curia egens opis

Gratum Perfugium rebus, & Ancoram:

Patronum facilem nostra Schola: oppidum

Fautorem minimè asperum.

Amisit socius quàm placidum torus

Consortem: Soboles blandiloquum Patrem

Ac charum: Columen, Præsidium, Caput

Præsens STURMIADUM Domus.

O flete! (A lacrumis ecquis enim sibi,

Tàm cari Capitis quem tenet anxium

Haud jactura levis, quis sibi temperet?)

O flete exanimum Caput!

Fle Natale Solum! Fle pie Grex tuum!

O fle, Lade, tuum! Fle Vidua, & tuum

Proles; STURMIADUM Domus!

At tu, summe Parens, quæ bonitas tua,

Tu justum lacrumis pone modum piis,

Solamenq; ferens tristibus entheum,

Læsis esto salucifer.

Nu



Nuranti superas Tu Patriæ unicum  
Jam robur, columen, præsidium, caput.  
Tu sanato Rei vulnera publicæ:  
Et sospes, medico te, erit.

M. Ernestus Wulstorpianus S. A.  
Scholæ Patriæ R.

XI.

**W**as ist hoch für Unglück / so vns nicht hat beeroffen  
Hundert vnd hundert Plagen kommen hergeloffen /  
Austrocknen Marck vnd Bein / auffaugen vnser Blut /  
Verzehren vnser Fleisch / vnd nehmen weg den Muth.  
Die Häuptstraffen all drey thun billich auff vns fallen /  
Der Krieg / ansteckend Seuch / der Hunger thut herwallen /  
Weil andre erndten ein / vnd wirs genießten nicht /  
Ein frembder es verzehret / frage nicht was vns gebricht.  
Die Spießgesellen drey einander die Hand bieten /  
Brand / Todtschlag richtet an der Krieg mit seinen wüten /  
Der Krieg verzehret alls / verwüstet alle Land /  
Da frage man nichts nach Zucht / man treibet alle schand.  
Dem Kriege folgt die Pest / vnd andre giftig Seuchen /  
Hauptkrankheit / hitze Fieber die Menschen thun beschleichen /  
Hierauff der dritt Kumpan der schwarze Hunger folgt  
Mit seinen gelben Zähnen / das der Mensch ganz verdort.  
Was sollen aber wir in solchen Unglück sagen /  
Die Sünd / die Sünde groß / hat verdient solche Plagen /  
Die Sünd hat selbst gebawt die grosse Unglücks Hell /  
Die hat verstopfft vnser Göttes Barmhertigkeit Quell.  
Die Sünd das übel groß / die hat es wol verdient /  
Weil wir durch wahre Buß mit Gott noch nicht versühnet /

Def.

Deswegen er so peitschet / stretchet vnd zu schlegt /  
Doch als ein Vater trew / macht er allzeit was recht.  
Also hat auch die Seuch so ist die Menschen plaget /  
Den Herren Cansler *STURM* ein lange Zeit genaget /  
Bis sie auch außgetilgt seins Lebens Lumen rein /  
Doch ihn dadurch befreyt von aller Schmerz vnd Pein.  
Nun liegt das ferwig Herr / ein Lust vnd Freud der seinen /  
Der auch dem ganzen Land noch viel heit können dienen  
Mit Rath vnd auch mit That / der Fürsten von Anhalt  
Ein Cansler / Rath vnd Ehr / ein schönes auffenthalt /  
Nun liegt der thewre Mann / da liegt das tieffe Sinnen /  
Die Augen in dem Grab vnd finstern nichts beginnen /  
Gleich wie ein Schatte flucht / vnd kan ganz nicht bestahn /  
Also der Mensch groß vergeht mit seinen thun.  
Doch ist sein Tugend groß mit nichten mit begraben /  
Herr Cansler *STURM* lebt noch in seinen grossen Gaben /  
Sein edler Geist vnd fleiß / sein Muth vnd trefflichkeit  
Die haben ihm erlangt die recht Vnsterblichkeit.  
Herr Cansler *STURM* ist wol dem Sturm der Welt entgangen  
Die wie ein wildes Meer / vnd ist gar recht eingangen  
Wol zu des Himmels Port / da ihn nicht mehr befels  
Des blutigen Krieges Blis noch Wetter dieser Welt.  
Des Canslers Lebens Schiff / darff nicht mehr herum schweben  
Auff dem Meer dieser Welt / da zwischen Todt vnd Leben  
Ein Singer dieses Brett / nun ist es eingebracht  
Zur Landung vnd erlöst vom Sturm vnd Todes Macht.  
Auch vnser Lebens Schiff nach diesem Port muß streben /  
Nach siegeshafter Noth erreichte also das Leben /

Wer

Wer zeitlich kômpe dahin/ nicht lang zu Ancker liegt/  
Durch Sturm der Windes Braut/ solch Schiff verirret nicht.

M. Johannes Heidenreich Halberst. Pfarrer  
zu Walthers Neuburg in der Graffschafft Barby.

XII.

**S**cheine dann selbst todt zu seyn der Tod? das kein erbarmen  
Bey ihm vorfangen wil? Die Reichen vnd die Armen  
Sind bey ihm gleiches werths: kein Scepter/ Kron noch  
Kunst/wis/geschicklichkeit von ihm wird geacht. (Macht/  
Bald darff der Menschen Feind ein hohes Haupt angreifen/  
Bald thut er grausamlich ein ganzes Land durchstreiffen:  
So das der Bütterich schier alles zu sich nimbt/  
Als wann das zarte Gras nun vor die Sensen kûmbe.  
Vnd daß das kläglichs ist/ Wer kan doch gnung erzehlen  
Die mannigfaltig Art/ womit er kan absteien  
Das Leben dir/ O Mensch? So das kein Augenblick  
Du kanst versichert seyn vor seinem Würgestrick.  
Wie manchem drückt er ab das Herz auff dem Siechbette?  
Wie manchen reißt er hin bey klingen der Trumpette/  
Vnd grinnen Donnerknall? wie mancher felt durchs Schwert  
Durch Duzucht/ Schwellzeren? Wie mancher wird verzehret  
Durch Feuer/ Wassersnot/durch Hunger/ Schrecken/ Zagen?  
Der bricht den Hals daß man zu Haus ihn Todt muß tragen:  
Der kômmet sonst umb: Gewiß der Todt kômpt zwar  
Wann aber/ wo vnd wie ist vns verborgen gar.  
Er bleibt der Sünden Sold die allen stets anklebet/  
Die macht das alle Tag man noch so viel begräbet  
Ohn einign vnterschied: Kein Ehrengrawes Haar/  
Noch Jugend/ Schönheit/ Kunst ist frey der Todtenbaar.

Di

Er

Er kan den besten Helde Im huy darnieder legen;  
 Hier gilt kein Widerstand/ hie hilfft kein Spieß noch Degen:  
 Die beste Bestung ist bey ihm ein Hirtenhauß/  
 Begehrt er deiner nurt/ kreigt er dich leicht heraus.  
 Die Unschuld vnd Einfalt der Kinder nicht beweget  
 Des Bürgers Tyranny: Er thut doch wie er pflaget:  
 Die Libitina sein Ehgemahl das wüsse Bild  
 Ist mit ihm gleiches Sinns/ auch ja wie er so wild.  
 Der geht Morbonia als ihre liebste Schwester  
 Gank williglich zur Hand/ hilfft machen läre Nester  
 Mit ihren Töchtern: Als der Pest/ schlag/ schwindsuche/ Ruhr/  
 Hauptkrankheit/ Fieber/ Schwulst: Wer erst in ihre Cur  
 Ein wenig sich einleßt / sich leichtlich mag verzeihen  
 Des Lebens: Atropos gank willig thut herleihen  
 Die Scheeren / vnd damit gank zornig schneidet ab  
 Den Faden vnser thuns/ daß man vns legt ins Grab.  
 Vnd wil das schnöde Weib dazu noch Parca heißen/  
 Als wann sie vnser schon: do sie doch thut abreissen  
 Was Lachesis noch spann am Wocken/ den ihr hieß  
 Die Clotho: Also wird von ihr vns mitgespielt.  
 So gar das Charon schler des vielen oberführen/  
 Scheint oberdrüssig seyn: Styx Lethe seynd zu spüren  
 Nicht mehr so Wasserreich: Auch Pluto weiß nicht wol  
 Wo er mit allem Volck noch in die länghin soll.  
 Wir müßens lassen gehen/ das sich der Bürger schleicht  
 Zur Thüem vnd Fenstern ein/ das männiglich vorbleicht:  
 Es bleibet doch dabey/ vnd ist ein fester Grund/  
 Du mußt doch sterben Mensch/ es ist der alte Bund.  
 Ein Muster seines Grimms der Bürger hat erwiesen  
 An einem werthen Mann / der weit vnd breit gepriesen

Vmb

Umb seiner Tugend war: dem die Gottseligkeit  
 Wol recht zu Herzen gieng: der die Gerechtigkeit  
 Befordert vnd beschützt: Der seinem Vaterlande  
 Mit gutem Rachte dient/ vnd mit seinem Verstande  
 Gans trewlich tragen halff die allgemeine Last/  
 Der Tugend einzig liebt vnd alle Laster hasst.  
 Vnd des Geschicklichkeit dermassen ihn gezieret /  
 Daß ihn diß ganze Land gans kümmerlich verlieret  
 Vnd schmerzlich klaget/ daß es durch des Todes Eiß  
 Des edlen Mannes nun so gans beraubet ist.  
 Diß war Herr Cankler Sturm! des hohen Geist vnd Sinnen  
 Zu rühmen meine Faust auch nicht einß darß beginnen/  
 Aus Furcht daß sie hterzu durchaus nicht sey bestandt/  
 Inmassen sonst sein Ruhm ist überall bekandt.  
 Den hat der Menschen Feind vns von der Seit ger'ffen/  
 Gemachet das umb ihn man Thränen muß vergießen:  
 Wie manche Zehrenbach ist wol bey seinem Grab  
 Geflossen vnter sich die bleiche Wangen ab?  
 Das weißstu O Zerbst vnd andere Ort zu sagen?  
 Das weiß ein jederman nicht schmerzlich gnug zu klagen!  
 Vnd nicht vnbillich: weil ein solcher theurer Mann  
 Ein recht gemeines Gut genennet werden kan:  
 Ein allgemeiner Schatz vnd Seule drauff sich lehnet  
 Des Regimentes Last: nach dem sich billich fehnet  
 Ein jeder Patriot / der reiff bey sich erweget  
 Was solcher Leute Fall vor Nutz zu bringen pfflege.  
 Vnd ob sich zwar ansetzt nicht lest empfindlich mercken  
 Der Schaden vnd Verlust/ wird solchen doch bestärcken  
 Der Lauff der bösen Zeit/ der wird vns lehren frey  
 Was vns ist hingerafft/ was vns entzogen sey.

Bei der beschaffenheit / was kan ich anderst treiben /  
Als Seuffzen / Weinen / vnd ein Trawrgedichte schreiben /  
Vnd sonderlich thut mir so tieff zu Herzen gehn /  
Wie das man hat gemust mit nassen Augen sehn /  
Das auch des Todes Grimm nicht ist gewest beangiget  
Des Schadens / den er hat dem zonde zugefüget /  
Er muß zum vberfluß die liebste Kinderzucht  
Aus lauter Tyrannen nicht lassen vnbesucht :  
Vnd zwart die jenigen so gute Hoffnung machten  
Dem Väterlichem Stamm vnfeilbar nach zu schlachten /  
So anderst wie man sagt in warheit sich verhält /  
Das sonst der Apffel nicht gar weit vom Stamme fällt :  
Die müssen auch daran / das ja den Muth zu kühlen  
Des sahlen Todes Reid den Schmerz recht mache fühlen /  
Das ja kein Unglück sey allein / ein andre Klufft  
Den Bodenlosen Grund an vnd zu hülffe rufft.  
Sol man dann aber drumh Hand vnd Herz sincken lassen /  
Wie sonst die andern thun / so keine Hoffnuug fassen ?  
Ach Nein : In Gottes Wort wir anderst seyn berichtet /  
Das vns ohn seinen Rath auch das geringste nicht /  
Wie hart es vns anscheint zu handen stossen könne :  
Wie gern es sonst vns das Unglück selbst gönne :  
Der ist der alles thut / vnd diß geschehen leßt :  
Vnd schien es noch so arg / so meint ers doch auffß best.  
Er machet alles gut : Er führt vns in die Helle /  
Vnd wiederumb heraus / Obs schon scheint er sich stelle  
Ganz zornig / ist er doch so gnädig / daß er nicht  
Lang halten kan den Zorn / bald ihm das Herze bricht.  
Der hat den / welchen er zuvor vns hatte geben  
Mit höchster billigkeit gefordert aus dem leben  
Das doch nurt Jammer ist : vnd ist dahin versetzt /  
Do er all seiner Ruh nun ewig wird ergetzt.  
Vnd würden wir es trawen nicht wol behaupten können /  
Wann wir dem EhrenMann nicht wolten lieber gönnen

Die

Die Ruhe von der Last vnd Arbeiteligkeit/  
Die Freude vor der Angst/ vor Trawren Fröligkeit/  
Er ist ja nun versetzt zu einem besserm Leben/  
Zum Himmels Regiment/ nach dem wir alle streben/  
Wie wir im Thränenthal die schädde Lebenszeit  
Hinbringen vnd verzehren in lauter eitelkeit.  
Wohl se ner lieben Seelen! die numehr ist entnommen  
Dohin/ do ganz kein Leid kein Streit noch Todt kan kommen/  
Do sie mag stetiglich vor Gottes Anlitz stehn  
Vnd auch den Sternen selbst an hellem Glantz vorgehn:  
O mehr dann wol ist dem/ der so hindurch kan dringen  
Aus die er Flüchtigkeit! Sich so zu Gott auffschwingen/  
Doseibsten Triumphiren / sich zieren mit der Kron  
Der Alten Ewigkeit der wahren Tugend Lohn.  
Hier kan er der Welt thun vnd andre schändde sachen  
Ganz fremd g vnd getrost vollkommentlich verlachen:  
Bis ihm der Körper einst in Ehrn vnd Herrligkeit  
Wird werden zugesellt/ wann man von keiner Zeit  
Mehr wird zu sagen wissen. In dessen frey von Jammer  
Angst / Sorg vnd Herckenleid sol ruhen in seiner Kammer  
Der Leib / der durch den Todt liegt für sich hingestreckt/  
Bis ihn des Herren Stimm einst wider aufferweckt.  
Ihr aber die ihr seyd auff diesen Fall bestürzet/  
Begriffst euch in Gedult/ Euch selbst das trawren kürzet/  
Braucht euch des wahren Trosts. Sturt ewren Willen stille  
In dessen schickung/ dem diß alles so gefelle.  
Wir müssen doch hernach/ die rauhe Zeit herbringen/  
Vnd zwischen Sorg vnd Angst nach einem besserm ringen/  
Erwarten in Gedult vnd Hoffnung vnser Ziel/  
Wann der so alles schafft solchs von vns haben wil.  
Dem wollen alles wir gehorsamst anheim stellen/  
Bis er vns endlich wird zur Himmelschaar gesellen:  
Diß sol seyn vnser Trost in allem Creutz vnd Pein/  
Wir wollen bald wils Gott beym Herrn Cansler seyn.

Von Emilio Probo.

XIII,  
JOHANNES STURMIUS CANCELLARIUS  
per anagrammatismum  
*NEC ARS, SIC UNO ATLAS LUMEN JURIS.*

**I**Ncola Anhaltinæ plorat ditionis ademptum,  
Atque dolet tanti fata vicemque viri.  
Luget & hunc princeps, tota & cum plebe Senatus,  
Atque sui causas quisque doloris habet.  
Nam fuit is columnen patriæ, rerumque statumen,  
Languidi in hoc stabat spes animosa gregis.  
Consilio auxilioque hujus lis sæpè dirempta,  
Et sopita fuit, curia testis erit,  
Aulaque testis erit, nam senserat utraque fidam  
Ejus opem atque operam, dexteritate pari.  
Hoc Domino nulli delictum impune, nec ulli  
Concessum fuit, aut fas, violare fidam.  
At quanquam egregiè clarias tot calluit artes,  
Et bene versatus jure in utroque fuit.  
Non tamen à mortis fuit ille tyrannide liber,  
Declinare ejus quis mala tela potest?  
Nil valuit mentis vis, nil doctrina, nec ars, nec  
Cognitio summi juris amorque Dices.  
Omnia mors temnit, subiit sic ultima fata  
Lumen, & ah uno nomine juris Atlas.

*Debita gratitud. ergo*

M. Martinus Cramer.

XIV.  
**E**Gone Funus Filius Patri parem?  
Egone conscribam Parenti Filius  
Funebre carmen? Luctus id presens vetat

Et



Et lacrymæ: malignus id morbus vetat,  
Qui corporis vires & ingeni simul  
Fregere. Ne tamen tacere judicet  
Tanto meorum solus in domestico  
Luctu; repono pauca tristis hæc meæ  
Indicia mentis, Cuncta credo cætera,  
Qui curat orbatos Parentibus, Deo.

Beatis Parentis Manibus apponebat  
Filius, mœstissimus

Balthasarus Sturmius.

XV.

Sicne igitur dulces, Genitor Charissime, Natos  
Tempore tam tristi linquis, quo Patria mire  
Perditur, & quo Mars ferus oppida vastat & agros,  
Quo consumuntur flammis villæ, oppida, pagi;  
Sicne igitur misero Natos hoc tempore linquis,  
Quo mors præstantes homines Patriæ eripit, & quo  
Vix videas, quinam dignè succedere possint?  
Sicne, inquam, linquis dulcissima pignora, passim  
Quo male suada fames centena pericla minatur,  
Quoque vel in primis inter mala tanta requirunt  
Auxilium mœstæ terno cum Fratre Sorores?  
Eheu quis nostri deinceps curam geret! Eheu  
Quis nos consilio, quisnam auxilioque juvabit?  
Tu bene habes, dilectæ Parens, terrestribus isto  
Tempore qui speretis rectâ ad cœlestia scandis:  
At nos ô miseros, orbis utroque Parente  
Queis istas inter turbas, istosque tumultus  
Vivendum, queis est vivendum tempore, quo nec

Secu-

Securam sibi quisquam promittere possit!  
O DEUS, ô qui te toties tam largiter offeas  
Patronum miseris orbisq; Parentibus, ô qui  
Te Patrem ipse vocas horum, Tu suscipe nostri  
Suscipe tu curam, DEUS optime Maxime, nostri,  
Quo sine si fuerit, de nobis omnibus actum est:  
Suscipe, Magne DEUS, miserorum suscipe curam:  
Sic te sic grato semper celebrabimus ore,  
Pectore sic grato grati celebrabimus omnes.

*Gottfridus Sturmius.*

XVI.

**H**eu nostra Antistes decessit nobilis Aula,  
Egregius juris cultor & artis amans,  
Qui Patria nostra Fulcrum & Cor nobile celsæ  
Principis & Plebis spesq; salusq; fuit.  
Hunc Deus è vita mortalis valle supremus  
In mediâ Etatis conditione tulit.  
Heu lacrymosa dies, nimium miserabilis hora,  
Quâ cecidit noster STURMIUS, omne decus,  
Te deflet soboles, deflet charissima Conjux,  
Atq; obitum deflet Patria nostra tuum,  
Te jam, sacratâ lotum Baptismatis undâ  
Quem suscepisti testis, & ipse fleo.  
Parcamus lacrymis: non est revocabile quicquam  
Quod semel è terris abstulit atra dies  
Jam ducet lætum cælorum in sede triumphum:  
O cætum cunctis sit patria, oro, piis.

Johannes Ernestus Biederman.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







B.I.G.

Farbkarte #13



116

& alia lugubria carmina.  
 l. S.  
*esii, Viator,*  
*saxum loquatur.*  
 s mortales exuvias  
 lim  
 ISSIMI, CLARISSIMI,  
**STURMII,**  
 & Cancellarii Serve-  
 vissimi:  
*olim dedit felici natum*  
*icio,*  
 XVII. XVI. Januari,  
**ARE STURMIO,**  
 si Consule,  
 HA Schoplerianâ,  
 rincipatibus quasi  
 A habuit, ultra XX annos,  
 m, Moderatorem  
*amantissimum:*  
 amisit, morte abreptum  
 rdentia ad Dei Filium  
 iria,  
 XVI. XII. Julii,  
 atus & Republicæ hujus funestâ  
 emiâ: præeuntibus, è paucorum  
 & Filiolo, comitante Filio-  
 ero matrimonio:  
 N A secundum jam vidua, saxum  
 i indicium posuit, & posteritatem  
 soluit.

M. F. VV.

